



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XLVIII. Albert von Blankenburg, Vogt zu Frankfurt, entscheidet einen Streit
des Klosters Trebnitz mit Theoderich Cocus, am 11. Juni 1341.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

XLVIII. Albert von Blankenburg, Vogt zu Frankfurt, entscheidet einen Streit des Klosters Trebnitz mit Theoderich Cocus, am 11. Juni 1341.

Ego Albertus de Blankinburch, Incliti Principis Domini Ludovici marchionis brandenburgensis advocatus frankenuordenfis, Vniuersis ac singulis, presens scriptum intuentibus seu audientibus, cupio fore notum, publice profitendo. Quod ad meam venerunt presenciam Religiosa domina Hedwigis, abbatissa monasterij sanctimonialium Trebniscensis, vna cum quibusdam confororibus suis ex parte conuentus eiusdem parte ex vna, Et Theodericus Cocus ex parte sui parentis et sui fratris Nycolai absentis et eorum heredum, parte ex altera, proponentes causas parcium vtrarumque, quas audiui, noui et cum consilio et auxilio fidedignorum subscriptorum totaliter disbrigauit sic, Quod omnia et singula negocia, que vertebantur et que ab inicio inchoata sunt inter partes prius dictas, sunt totaliter et simplici et de plano sopita seu disbrigata. In cuius euidentiam meum sigillum presentibus est appensum presentibus Strenuis militibus domino Theoderico de Cyckow et domino Henningo de borcharfdorp, Nycolao de wlkow famulo, Laurencio et Johanne dictis bauari, quorum sigilla vna cum meo presentibus sunt appensa. Domino bernardo confessore domine abbatisse, Nycolao ciue Trebiniscensi. Datum frankenuord, anno domini M^o CCC^o quadragesimo primo, feria secunda infra octauas corporis Christi.

Wohlfried I, 609.

XLIX. Markgraf Ludwig weist die Stadt Frankfurt an, die fällige Zahlung der Urbede und des Zolles an den Bürger Johann Baier zu leisten, am 1. November 1341.

Ludovicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bauarie sacrique Romani Imperii archicamerarius, Prudentibus et discretis viris consuli- bus et vniuersitati ciuitatis Vrankenuurd, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Vt pensionem vestram annuam videlicet centum marcarum summam, a festo beati martini nunc instantis per annum, et centum talenta denariorum Brandenburgicorum de theoloneo nostro ibidem, eodem termino siue die nobis debendo et deriuando, discreto viro, Johanni Bauaro, vestro conciu, et honeste matrone Sophie, uxori sue legitime ipsorumque veris et legitimis heredibus, nobis sincere dilectis, detis et sine contradictione presentatis, volumus et vobis committimus seriose. Dicimus enim vos, dumprimum ipsis de dictis quantitibus siue summis satisfeceritis, quitos presentibus et solutos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est annexum. Datum Spandow, anno domini millesimo CCC^o XLI^o in die omnium sanctorum.

Nach dem mit dem Wäldfiegel besiegelten Orig. des Stadtarchives VIII, 1, 32.